

### Pensum 3

Cicero tries to persuade the Senate that there can be nobody better than Pompeius to command the army in the war they must wage:

*Qua re* cum et bellum sit ita necessarium, ut neglegi non possit, ita magnum, ut accuratissime sit administrandum, et cum ei imperatorem *praeficere* possitis, in quo sit *eximia* belli scientia, singularis virtus, clarissima auctoritas, egregia fortuna, dubitatis, Quirites, quin *hoc tantum boni*, quod vobis a dis immortalibus *oblatum* et datum est, in rem publicam conservandam atque amplificandam *conferatis*? Quod si Romae Cn. Pompeius *privatus* esset hoc tempore, tamen ad tantum bellum is erat *deligendus* atque mittendus; nunc cum ad ceteras summas *utilitates* haec quoque opportunitas *adiungatur*, ut in eis ipsis locis adsit, ut habeat exercitum, quid exspectamus?

*qua re* = *hac de causa*

*te legioni praeficio* = *te facio ducem legionis*

*eximius* ↔ *pessimus*

*hoc tantum boni* = *talis optimus homo*

*offero* ↔ *adimo*

*confero* = *pono, mitto*

*privatus* = *civis sine publico munere*

*deligo* = *eligo, praefero, malo*

*utilitas, -atis* = *praestantia, id quod utile est*

*adiungo* ↔ *separo, dissocio*

Fill the blanks in a-c-e and translate b-d-f:

a/ Necessesse est [to join] ..... pecuniam et amicitiam.

b/ *Because of this* I will *give you the command* of the army.

.....

c/ Tibi senatus multum pecuniae [will offer] ..... .

d/ *Private* citizens offer many *advantages* to the state.

.....

e/ Nusquam vidi [such an excellent man] ..... ! Debemus eum  
[appoint] ..... in bellum pugnandum.

f/ I will *choose* somebody who has an *excellent* knowledge of literature.

.....

Translate these easy words related to the text:

why not ..... to doubt .....

brilliant ..... highest .....

bravery ..... knowledge .....